



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Desiderium, & Amor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

Desiderium, & Amor.

TV autem, susce-
ptor meus, ne
auertas faciem tuam
à puero tuo. Dixisti *Joan. 12.*
enim, Et ego si exalta-
tus fuero à terra, om-
nia trahã ad meipsum:
& rursus, Si quis sitit *Cap. 7.*
veniat ad me, & bibat.
Aperi mihi fontem *S. Bonav.*
aquæ viuæ, vt bibam *Seimule*
& infundatur ariditas *p. 3.*
cordis mei. Transfige,
dulcissime Domine Ie-
su, medullas, & viscera
animæ

110 *Die Veneris*

animæ meæ, suauissimo,
ac saluberrimo
amoris tui vulnere, ve-
ra, serenâque, & Apo-
stolica sanctissima ca-
ritate, vt langueat, & li-
quefiat anima mea so-
lo semper amore, & de-
siderio tui. Te concu-
piscat, & deficiat in
atria tua: cupiat dis-
solui, & esse tecum:
Da vt anima mea te
esuriat panem Angelo-
rum, refectionem ani-
marum sanctarum, Pa-
nem nostrum quoti-
dianum, supersubstan-
tialem, habentem om-
nem

Desid. & Amor. 211

nem dulcedinem, sa-
porem, & omne dele-
ctamentum suauitatis.
Te, inquam, in quem
desiderant Angeli pro-
spicere, semper esuriat,
& comedat cor meum,
& dulcedine saporis tui
repleantur viscera ani-
mæ meæ. Te semper
mens mea sitiât fon-
tem vitæ, fontem sa-
pientiæ, & scientiæ,
fontem æterni lumi-
nis, torrentem vo-
luptatis, vbertatem,
Domus Dei. Te sem-
per ambiat, te quærat,
te inueniat, ad te ten-
dat,

dat,

212 *Die Veneris*

dat, ad te perueniat, te
meditetur, te loquatur
& omnia operetur in
laudem, & gloriam no-
minis tui cum humili-
tate, & discretione,
cum dilectione, & de-
lectatione; cum facili-
tate, & affectu: cum
perseuerantia vsque in
finē. Tu sis solus sem-
per spes mea, tota fi-
ducia mea, diuitiæ
meæ, delectatio mea,
iucunditas mea, gau-
dium meum, quies, &
tranquillitas mea, pax
mea, suauitas mea,
odor meus, dulcedo
mea,

Desid. & Amor. 213

mea, cibus meus, re-
fectio mea, refugium
meum, sapientia mea,
portio mea, & posses-
sio mea, thesaurus
meus, in quo fixa, &
firma, & immobiliter
radicata sit mens mea,
& cor meum. Amen.

Igniculi pietatis.

DEfecerūt oculi mei
in salutare tuum,
& in verbum tuum su-
persperaui. *Psal. 118.*

Quare tristis es, ani-
ma mea, & quare con-
turbas

214 Die Veneris
turbas me? Spera in
Deo, quoniam adhuc
confitebor illi, salutare
vultus mei, & Deus
meus, *Psal. 41.*

Adeamus cum fidu-
cia ad thronum gratiæ,
vt misericordiam con-
sequamur, & gratiam
in ueniamus in auxilio
opportuno. *Hebr. 4.*

POST MISSAM.
*Gratiarum actio, &
Vox laudis.*

Pf. 117. **A** Perite mihi por-
tas iustitiæ, ingres-
sus